

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Misericordia an
cum uariis

Misericordia subsequitur ad custodiam sed precedit ad graciam conferendam. Nam si solum sequeretur, nemo donata perciperet; si tantum precederet, nullus poterat collata seruare. Grauiores enim sunt insidie quas a tergo dyabolus parat, et nisi Domini misericordia subsequatur, facilime fragilitas humana decipitur. Tunc enim quando se aliquis uicium transisse credit, incauta magis ignoratione decipitur.

Cassiodorus super Psalmos.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Misericordia an] Misericordia ao P V¹, Misericordia ah V² L¹ L²; misericordia] misericordiam (*cor. intra*) M; donata] donatam P V¹ V² L¹ L²; nullus] nullus *add.* C; poterat] poterit P V¹ V² L¹ L²; domini *om.* P V¹ V² L¹ L²; se aliquis] aliquis se M; aliquis] quis P V¹ V² L¹ L²; incauta] ineuitata P V¹ V² L¹ L²